36

27

Fratri
S. D.

Surgebam à coena cum adferretur tua; exinde ambulatum ivimus et passus mille pro more nostro meavimus; itaque ad lucernam ista nunc rescribo, ne quâ male merear de sedulitate tua, vel, ex Sc.torum nrorum scito, mea mihi mora noceat. De die obitus miror quid sollicitus sies, facile id à Cobbio resciveris, etiam non redditâ inquisitionis causâ, quasi sponsione cum aliquo contenderis, aut simili modo, injectâ per familiare colloquium rei mentione. Exemplarium si 50. vel 70. nobis et amicis retinuerimus, sufficere arbitror; de caeteris optionem Typographo faciendam. Si vano aliquot exponere velit, fecerit id et ex permissa autoris, et lucello forsitan suo; ut hodie rerum novarum cupidum vulgus video. Certe in Aerti taberna non dubium est quin facile distrahantur. Tu videris. Quae ad me exemplaria mittes velim, chartis vel caeruleae vel marmoreae insuantur prout paternae liberalitatis modulus feret. De tollendo nomine plane Patri assentior; imo si dissentiam, obedio. Festinationem iterum atque iterum tibi inculco, ne veteris historiae memoriam recolere quam recenti sepulchro parentare videamur magis. Vale, suadent cadentia sidera somnum. et cubitum vocor.

De opponentis nondum satis constat. Bothmius, Hinosa, Bronchorstius, polliciti sunt operam suam; forsan et Buyckium vel Rolentium cras invitabo. Nuper literas à Dedelio nostro accepi: is rogavit ut Theses in tempore transmitterem, quo spem praesentiae suae dedit. Deinde et D. Vinnius Hinosa dixit oppositurum forsitan sese.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/29

28.

Frater Fratri

S. D.

…dcunt ad vos Threni mei; modestiore, si Dys placet,
…hurno. Itaq qui Poetarum hodie nomen per jocum assumpsimus, 38
…um Politicis cautionibus necessitate adstringimur: nempe quo
…daci arguatur τὸ, Pictoribus atq Poëtis. Paternæ quidem censuræ
…ntir manus dedi; et quod ab alio profectum in controuersiam
… dubio litis euentu tracturus eram, ab illo ore pro oraculo habui.
…em forsitan vel hoc ipso facturas quam quod ei probari
…ciem alys ne quidem exhibendum cuperem. In hexasticho
…videor nunc satis moderate Suuenem extollere, cum pro Batauiæ
…, quod elatius videbatur, surculum reposui, quasi in aruo Hollandico
…um ac natum, quod minime cuiq attribui possit; deinde et duos
…siculos posteriores ita immutaui, ut innuere y possint, post
…umera Dei dona, nihil desiderandum amplius quam ut
…itimum nobis filium e tanto Patre praestet: Quamquam de
…io etiam naturali defuncto interpretari id quis non obscure
…sit; et ego id ambigui in medio libenter posui, quo et in
…eto animo gratificarer meo; cui si undequaq obtemperauerim
…tram non immutassim: neq enim video cur Paterni nominis
…memoratio fugienda sit in deploratione et (sine quo hæc
…ra non subsistunt) panegyrismo fily cui, cum ratione natiuitatis
… ætatis parum proucctæ non est quid laudis attribuas, siquidem
…tuandi luminis e Paterna luce facultas adimitur; nisi
…εσῶπος deniq et foribus, quod aiunt, obseratis funerariam
…am fabulam agendam quis opinetur, atq adeo ne defuncti
…dem nomen in frontispicio admittendum. Hexastichi s[…]
…tuor finales versiculos adeo non illibenter correxi, ut et
…ctos eo quo vides modo planissume gaudeam, imo vel istius
… solius quaternary causa oblatam secundarum curarum
…sionem: Deo, Sole, non est quod Patrem offendat; ejus enim
…paratio non excellentiæ usq vel claritatis ratione instituitur

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/29